

96 litteris magnis. Montelione in museo Capialbi.



Descripisi.

97 Montelione apud Cordopatrium.



Descripisi.

98 Montelione apud Cordopatrium.



Descripisi.

99 Tropeae in castello rep. pro operculo sepulcri latericii.

P B M Q A V D E N T I V S
F I D E L I S Q V I B I X I T
A N N I S P M I X V M I I I I
D X C V I B E N E F E C I T
5 V X O R E T F I L I E E I V S

Acta musei Neap. s. d. 30 Dec. 1856; Minervini *Bull. Nap.* N. S. 5, 70 a Cyro Moschitti; Rossius ibidem 6, 14 ad ectypum.

100 [=66] rep. a. 1840 in pago S. Cononis apud Briaticum. Est apud Capialbios.

† P A V L V S I N F A S H I C R E C V I
E Z C I T P E R I N D I T I O N E V sic
C V I B I Z S I T A N N O S I I I
M Q I I E T D E P O S I T V S
5 \ K O C T O B R I S F L T

Recognovi. Capialbi inscr. Vib. p. 50.

101 [=67] rep. a. 1837 in pago S. Cononis apud Briaticum. Est apud Capialbios.

X B M H V I C T V M V
L O R E X C I T I N P A C E
P E R E G R I N V S D I A C
Q V I V I X I T A N . P L M
5 L D E P O S I T V S E S T
S V B B I I I I D O C T O
B R I S I N D V X V sic
D E C I E S P S C B A S I L I p. C. 551
V C C O N L S & sic

Recognovi. Capialbi inscr. Vib. p. 48.

7 sic lapis, ut spatia sint inter \overline{IND} et v, item inter v et xv. Indictio xv coepit k. Sept. a. 551.

102 Tropeae prope castellum rep.

B M S
S A T V R N I N O Q V I V I X I T A N N I S
I X M V D X C V I B E N E
F E C I T V X O R E I V S C V M F I L I
5 I S S V I S R E C E S S I T I N P A C E

Minervini *Bull. Nap.* N. S. 5, 70 a Cyro Moschitti; Rossius ibidem 6, 14 ad ectypum sibi missum.

1 ostendit Rossius formulam hanc substitutam esse paganae D·M·S.

IV. SCOLACIVM (Squillace).

Graecis ipsis oppidum dicitur Σκολλήτιον, ut scribunt Aristoteles de ventis p. 1524 ed. Berol., Stephanus s. v. citato Eudoxo, Diodorus 13, 3, Strabo 6, 4, 4 p. 253, 6, 4, 10 p. 261, item Plinius loco mox citando, unde derivantur ethnica Σκολλητικός (Aristot. l. c.; Dionys. 1, 35; Stephanus s. v.: τὸ ἔθνικόν Σκολλητῖνοι) et Σκολλητικός (Aristoteles polit. 8, 40 p. 1329; Strabo l. c.; Stephanus s. v.: τὸ κτητικὸν Σκολλητικός). *Scylaceum*, qua forma pro Graeca postea usi sunt poetae Latini (Vergilius Aen. 3, 553: *navifragum Scylaceum*; Ovidius met. 15, 702) aliique auctores Latini (Mela 2, 4, 68; Solin. 2, 40) quamque Graecam ait Plinius 3, 10, 95: *sinus [Scolacius] et Scolacium (scolagium Leid.)*, *Scylaceum et Scyletium Atheniensibus cum conderent dictum*, apud auctores Graecos quos habemus non reperitur. Latine autem appellari *Scolacium* et Plinius l. c. auctor est et Velleius 1, 15 (ubi traditur *scolatium*) et comprobatur titulus n. 103, quam formam qui referunt Graeci Σκολάκιον scribunt (Strabo l. c.: $\nu\acute{o}\nu$ δὲ Σκολάκιον καλεῖται, item Appian. 5, 109, Ptolemaeus 3, 1, 11), unde haec forma etiam ad Latinos infimi aevi pervenit (*scylacio*, *scilatium* itineraria p. 4; *Scillatium*, si fides est editae lectioni, Cassiodorus var. 12, 15; *Scillitanus* adiective Gregorius Magnus ep. 8, 34). Oppidum quod secundum fabulas Graecorum aut Ulysses condidit Troia revertens (Servius ad Aen. l. c.; Cassiodor. l. c.) aut eodem tempore Menestheus rex Atheniensium (Strabo l. c.; Plinius l. c.; Servius l. c.), antiqua aetate suam rem publicam habuisse potest, inventusque ibi est titulus (C. I. G. n. 287 = Fiorelli *cat. del museo di Napoli, iscr. Greche* n. 86) ita Atticus, ut Boeckhius eum ad ipsas Athenas rettulerit.

Sed si sui iuris aliquando fuit, mature condicionem mutaverit necesse est. Agrum Crotoniatae primum, deinde permissu Dionysii ex parte Locrenses possederunt (Strabo l. c.). Romani¹⁾ coloniam eo deduxerunt aetate Gracchana teste Velleio 1, 15: *post annum* (i. e. a. u. c. 634) *Scolacium Minervium Tarentum Neptunia*, ubi non quattuor, sed duas tantum significari colonias olim (act. minora soc. Lips. a. 1849 p. 49) effeci adhibito titulo qui infra editur *coloniae Minerviae Scolaci*, quod nomen coloniae inditum esse apparet ob originem quae credebatur Atticam. Civium eam fuisse dubitari non potest, cum et in Italia maritima sit et Gracchana. Posteriores auctores oppidi solum nomen ponunt. Auctam esse coloniam ab imperatore Nerva inde colligitur, quod idem titulus coloniam praeterea appellat Nerviam Augustam (quocum componi potest *colonia Nerviana Augusta Sitifis* Renierii n. 3277. 3282, item fortasse *Ner... Glevum*, hodie Gloucester, tituli Muratoriani 872, 4). Aquam ei dedisse Pium idem titulus declarat. Denique quamquam praeter duos titulos supra citatos Graecum Latinumque nulli inde adhuc prolata sunt, nisi patriae amor Cassiodorum (l. c.) decepit inde oriundum, sub Gothis Scolacium fuit *prima urbium Bruttiorum*.

1) Castra oppidum, quo a. 555 trecenti coloni deducti sunt (Liv. 32, 7), cum una cum Puteolis Capuaque nominetur, rectius trahetur ad Castra Hannibalis quae fuerunt in monte Tifata (Peuting.) quam ad altera prope Scolacium Crotonem versus (itineraria p. 4; Plinius h. n. 3, 5, 95), ad quae rettulit Madvigius opusc. 4, 300 eumque secutus ego in actis minoribus soc. Lips. a. 1849 p. 49.